

Johann Cothmann Heimradus Grapius

## **Disputatio Sexta Ex Formulae Concordiae, Articulo Quinto De Lege & Evangelio**

Rostochi[i]: Richelius, 1649

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738375748>**

Druck Freier  Zugang



R. U. Med. 1649.

Lohmann, Johannes / d

Fidler, Valerius

(Fidelat 2x)



Disputatio Sexta

EX

# FORMULÆ

CONCORDIÆ ARTI-  
CULO QVINTO

DE

LEGE & EVANGELIO.

PRÆSIDE

JOHANNE COTHMANNO,

S. S. Theol. D. & Prof,

ac

Facult. Seniore,

RESPONDENTE

HEIMRADO GRAPIO,

Tetrovio - Mecklenburg.

In Auditorio Majori d. 8. Decembr.

horis matutinis.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sem. Typogr.

ANNO M. D. C. I. LXXIIII

Thesis. I.

**L**ex & Evangelium in sacris literis, utramq; faciunt paginam, hinc non immeritò quid cujusvis sit officium quæritur. Scripturam sacram cum accuratius excutimus, illam id maximè inculcare deprehendimus, ut sermo Dei rectè secetur. 2. Tim. 2. v. 15.

2. Sermonem verò Dei cum consideramus illum vel legalem ut Act. 7. v. 38. vel Evangelicum, sicuti Joh 17. v. 20. esse constat. Utriusq; diversi sunt effectus. Lex enim Evangelio contradistincta, peccatum arguit & indicat. Juxta Apostolum enim, ex lege est agnitio peccati Rom. 3. v. 20. peccatum namq; non cognoscitur *εἰ μὴ διὰ νόμου* nisi per legem Rom. 7. v. 7. Hinc Moses tanquam legis latoris summi minister, per quem lex data est Joh. 1. v. 17. Judæos incredulos accusare dicitur Joh. 5. v. 46. Et quoniam lex peccatum indicat & arguit, sed medicinā (quod est Evangelij proprium) non subministrat. Hinc iram operatur. Rom. 4. v. 15. & administratio mortis esse dicitur 2. Cor. 3. v. 7. Quod tamen legi non per se, sed quatenus imbecillis fuit per carnem Rom. 8. v. 3. imputandum. Respectu sui etenim sermo vivus appellatur Act. 7. v. 38. adeo ut si quis sermonem illum perfectè implere posset, per eundem sit victurus Rom. 10. v. 5.

3. Evangelium verò *ἀντιδρωστικόν* legi oppositum, est concio ob gratuitam peccatorum remissionem, sanguine Christi acquisitam gaudij, de qua Angelus apud Lucam ait c. 2. v. 10. ne timeatis: Ecce enim annuncio vobis *χαρὰν μεγάλην* gaudium magnū. Unde Eunuchus præfectus Candaces reginæ æthiopum a Philippo interrogatus, an in Filium Dei crederet, cumq; ille id affirmaret, gaudens per viam ivisse dicitur Act. 8. v. 39. conferantur alia loca Act. 8. v. 8. Luc. 8. v. 13. 1. Thes. 1. v. 6. quod gaudium ita validum, ut ne quidem in ipsis plagis & afflictionibus cesset  
Hinc

Hinc discipuli ob Evangelij doctrinam cæsi, gavisi esse dicuntur Act. 5. v. 41.

4. Cum verò tantum legis & Evangelij sit discrimen, quæritur, an Evangelium sit concio pœnitentiæ, arguens peccatum incredulitatis. Quæ quæstio ut ritè enodetur, vocabuli Evangelij ambiguitas bène notanda. Non enim vox hæc in scriptura, una eademq; significatione usurpatur. Quod cum initiò observatum non fuit disensiones in Ecclesia exortæ sunt. Evangelij vocabulum in scriptura sacra sumitur dupliciter. Primo generaliter, pro tota doctrina, quam Christus & Apostoli auditoribus suis proposuerunt. Hoc sensu Marcus Evangelium suum auspiciatur, c. 1. v. 1. quod legem non excludit ut ex cap. 10. v. 19. c. 12 v. 28, 30. 31. 33. patet. Similiter Paulus Rom. 2. v. 16. juxta Evangelium suum Christum occulta cordium judicaturum affirmat. Quod Evangelium legem includit ut ex cap. 13. v. 8. 9. 10. evidenter liquet.

5. Deinde vox hæc sumitur specialiter, quatenus legi proprie sic dictæ opponitur, & doctrinam notat de gratuita peccatorum remissione, per Jesum Christum acquisita, postquam enim in peccatum prolapsi sumus Deus misericors nostri misertus proprium suum Filium, pro nobis omnibus in mortem tradidit Rom. 8. v. 2. & qui peccatum non noverat (siquidem erat ὁσως ἀκαθάρτου ἀμαρτανίου κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτανίων Heb. 7 v 26.) pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei per illum 2. Cor. 5. v 21. Hanc doctrinam Apostoli Evangelium, id est, lætum nuncium vocant Eph. 1. v. 13. Col. 1. v. 5. & passim,

6. Juxta hanc ultimam vocis Evangelij acceptionem Evangelium non est concio pœnitentiæ, arguens, accusans & damnans peccata. Hac enim ratione hominibus verè piis solida consolatio, in gratuita peccatorum remissione per Christum acquisita consistens Act. 10. v. 43. c. 13. v. 38 sub-

subtrahitur, & scripturæ dicta confunduntur. Quamvis  
juxta primam acceptionem id dextro sensu permitti pos-  
set, Evangelium scilicet concionem esse poenitentiae, quatenus  
notat doctrinam divinitus revelatam.

7. De peccato incredulitatis in Christum in specie cum  
queritur, quomodo id à lege morali argui possit, cum lex  
quæ talis Christum ignoret, Hoc ergò peccatum ab Evan-  
gelio esse arguendum. Respond. Speciosa licet hæc adver-  
sariis videatur objectio, attamen si res penitus con-  
sideretur facillimè distinctione in scriptura fundata, solvi potest,  
ut distinguatur, inter ipsam incredulitatem in se spectatam,  
& incredulitatis objectum, specialiter ratione secundæ  
Trinitatis personæ consideratam. Quamvis Lex ratione  
sui ipsius ignoret Christum, non tamen desinit arguere in-  
credulitatem, sive illa committatur in Deum creatore, Re-  
demtorem & Sanctificatorem, primum enim præceptum  
ut Deo Trinuni confidamus serio mandat. Quia vero ille  
unus Deus, est creator, Redemptor, & Sanctificator. Ergo qui in  
Christum non credit, super illum manet ira Dei ob commissâ peccata Joh. 3.  
v. 36. Et hæc peccata per Christum non remissa, lex accusat & damnat.  
Lex jubet credere omni Dei verbo. Ergo ponit hanc Majorem. Qui-  
cunq; sub peccato est, maledictus est Deut. 27. v. 27. Evangelium ad-  
dit minorem. Qui non credit in Christum adhuc sub peccato est, &  
ira Dei manet super illum Joh. 3. v. 36. Lex concludit. Ergo incredulus  
peccatum incredulitatis habens maledictus est. Accusatio ergo & dam-  
natio lege tribuitur, licet Evang. subjungat assumptionem.

8. B. Chemn. Tom. 2 loco de justificatione p. 570. hanc rem ita ex-  
ponit. Lex in prima tabula, arguit peccati omnem incredulitatem erga  
Dei verbum. Evangelium vero quando fecit antitheses doctrinæ de fide,  
arguit in specie, illam incredulitatem, quæ abijcit gratuitam prom-  
issionem reconciliationis, & non credit in Filium Dei &c.

Sed hac de re in conspectu publico  
cum Deo plura.

SOLI DEO GLORIA






Hinc discipuli ob Evangelij doctrinam cæsi  
dicuntur Act. 5. v. 41.

4. Cum verò tantum legis & Evangelij sit  
quæritur, an Evangelium sit concio pœnitentiæ  
peccatum incredulitatis. Quæ quæstio utriusque  
vocabuli Evangelij ambiguitas bene notanda  
vox hæc in scriptura, una eademq; significat  
tur. Quod cum in initio observatum non fuit  
in Ecclesia exortæ sunt. Evangelij vocabulum  
sacra sumitur dupliciter. Primo generaliter  
doctrina, quam Christus & Apostoli audi  
propofuerunt. Hoc sensu Marcus Evangelij  
spicatur, c. i. v. 1. quod legem non excludit  
v. 19. c. 12 v. 28, 30. 31. 33. patet. Similiter Paulus  
16. juxta Evangelium suum Christum occulte  
dicaturum affirmat. Quod Evangelium lege  
ex cap. 13. v. 8. 9. 10. evidenter liquet.

5. Deinde vox hæc sumitur specialiter, &  
proprie sic dictæ opponitur, & doctrinam nota  
ta peccatorum remissione, per Jesum Christum  
postquam enim in peccatum prolapsi  
misericors nostri misertus proprium suum  
pro nobis omnibus in mortem tradidit Rom  
peccatum non noverat (liquidem erat ὁμοῦς ἀ  
16) κενώρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν Heb. 7 v 2  
peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia  
2. Cor. 5. v 21. Hanc doctrinam Apostoli Ev  
est, lætum nuncium vocant Eph. 1. v. 13. Col. 1.

6. Juxta hanc ultimam vocis Evangelij  
Evangelium non est concio pœnitentiæ, argu  
& damnans peccata. Hac enim ratione ho  
piis solida consolatio, in gratuita peccatoru  
per Christum acquisita consistens Act. 10. v



the scale towards document